

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## De M. Valerio Probo Berytio

Aistermann, Josef

Bonnae, 1910

Testimonia vitae

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-3032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-3032)

## TESTIMONIA VITAE

MARTIALIS III 2, 12: Illo uindice nec Probum timeto. 1. (STEVV

p. 68)

2. (119)

SVETONIVS de gram. et rhet. c. 24: M. Valerius Probus Berytius diu centuriatum petit, donec taedio ad studia se contulit. legerat in prouincia quosdam ueteres libellos apud grammaticam, durante adhuc ibi antiquorum memoria necdum omnino abolita sicut Romae. hos cum diligentius repeteret<sup>5</sup> atque alios deinceps cognoscere cuperet, quamuis omnes contemni magisque obprobrio legentibus quam gloriae et fructui esse animaduerteret, nihilominus in proposito mansit; multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et adnotare curauit soli huic nec ulli praeterea grammatices parti dedit.<sup>10</sup> hic non tam discipulos quam sectatores aliquot habuit. numquam enim ita docuit ut magistri personam sustineret; unum et alterum uel cum plurimos tres aut quattuor postmeridianis horis admittere solebat cubansque inter longos ac uolgares sermones legere quaedam idque perraro. Viuus pauca et exigua<sup>15</sup> de quibusdam minutis quaestiunculis edidit, reliquit autem non mediocrem siluam obseruationum sermonis antiqui.

2 centuriatum W (*Vindobonensis*; cf. p. 2 adn.) M(*arcianus*) F(*lorentinus*) cf. Funaioli, *Studi ital.* XVII (1909) 265 sqq.; centuriatum I (*Vatic.* 1518) centuriam N(*eapol.*) || petit W petiit rel. 5 cum om. O(*tobonianus*) || repeteret Schottus (cf. M. Ihm, *Rh. M.* 61, 549) recepere O repetere rel. 10 grammatices M (*Vatic.* 1862) L(*eidens.*) G(*udian.*) gramatices I grammaticae es W grammaticae NO 15 Viuus scripsi unius W nimis rel.; M. Ihm l. s. p. 552: 'nimis gebraucht sonst Sueton nicht'.

GELLIVS I 15, 18: Valerium Probum grammaticum in- 3. (77)  
lustrem . . breui antequam uita decederet, sic legere coepisse . .  
(*uide frgm.* 1).

GELLIVS III 1, 6: Nunquam, inquit Fauorinus, quod equidem 4. (131)  
scio, tam inportuna tamque audaci argutia fuit noster Probus  
(*uide frgm.* 2).

GELLIVS IV 7, 1: Valerius Probus grammaticus inter 5. (132)  
suam aetatem praestanti scientia fuit.

GELLIVS IX 9, 12: . . ex Valerii Probi discipulis, docti 6. (77)  
hominis et in legendis pensitandisque ueteribus scriptis bene  
callidi (*uide frgm.* 4).

GELLIVS XIII 21, 8: Tum Probus iam commotior . . . 7. (77)

9: His tum uerbis Probus et hac fini  
hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles, prope in-  
clementer (*uide frgm.* 66).

HIERONYMVS ad a. Abr. 2072 (= 56 p. Chr.) (Euseb. chron. 8. (61—67)  
can. ed. A. Schoene, Berol. 1866 p. 155): Probus Berytius  
eruditissimus grammaticorum Romae agnoscitur.

*in marg. cod. Bernens.* (s. VII): alter grammaticus; cf. Steup l. s. p. 61 adn.

9. (STEVV p. 71) AVSONIVS opusc. III 18 p. 2 Schenkl:  
nomen grammatici merui,  
Non tam grande quidem, quo gloria nostra subiret  
Aemilium aut Scaurum Berytiumue Probum.  
3 beritique *V(ossianus)* Berytiumque *ed. Lugdunens. 1558 vulgo*, Berytiumue  
*Tollius.*
10. (71) AVSONIVS opusc. XVI 16, 12 p. 66 Sch.:  
Scaurum Probumque corde callens intimo.
11. (71) AVSONIVS opusc. XVI 21, 7 p. 68 Sch.:  
grammaticae ad Scaurum atque Probum.
12. (112) MACROBIVS V 22, 9: in hoc loco Valerius Probus, uir  
perfectissimus, notat nescire se hanc historiam siue fabulam  
quo referat auctore. quod tantum uirum fugisse miror.
13. (189) CASSIODORVS GL VII 214, 23 K: Sed quamuis auctores  
temporum superiorum de arte grammatica ordine diuerso  
tractauerint suisque saeculis honoris decus habuerint, ut Pa-  
laemon, Phocas, Probus et Censorinus, nobis tamen placet  
in medium Donatum deducere, qui et pueris specialiter aptus  
et tironibus probatur accommodus.
14. (189) EXCERPTA EX COMM. IN DONATVM GL V 326, 18 K:  
Sed in artibus minoribus quasi docere uolens interrogat Do-  
natum, cuius auctoritatem ostendit Pompeius dicendo 'alii' inquit  
'scripserunt artem, sed illos non putes intellegere, nisi a Do-  
nato sumpserint principium, ut est Probus et Caesar et alii,  
sed a Donato sumpserunt principium.  
6 sed (illos qui) a Donato scribendum esse uidetur.
15. (201) [BOETHII] de disciplina scholarium (Migne LXIV 1225):  
Secundum laboriosi certaminis stat aedificium, in Probi Di-  
dymique traditionibus, necnon aliorum philosophorum, quos  
uenerabilis commendat auctoritas.
16. (201) EVGENIVS praef. ad Hexam. Dracontii, Mon. Germ. Hist.  
auct. antiq. XIV (1905) p. 27/29:  
Quod si Vergilius et uatum summus Homerus  
Censuram meruere nouam post fata subire,  
Quam dat Aristarchus Tuca Variusque Probusque:  
Cur dedignetur, quod iussus principe magno  
Paruula praeparui Draconti carmina libri  
Paruulus Eugenius nugarum mole piau? <sup>1)</sup>

1) cf. Wigbodi et Iacobi uersus ad Carolum, Mon. Germ. Hist. Poet.  
Lat. aevi Carolini tom. I (1881) p. 97:

Quod si Virgilius et uatum summus Homerus  
Censuram meruere nouam post facta subire  
Quam dat Aristarchus Tuca Variusque Probusque  
Cur dedignetur, quod iussus principe magno  
Paruula excerpti Mosaica carmina bibli  
Wigbodus humilis nugarum mole piau?

ALCVINI CARMINA, uersus de sanctis Euboricensis ecclesiae 17. (*deest*)  
1553 sqq. (Mon. Germ. Hist. Poet. Lat. aevi Carolini tom. I  
[1881] p. 204):

Quae Maro Virgilius, Staius, Lucanus et auctor,  
Artis grammaticae uel quid scripsere magistri;  
Quid Probus atque Focas, Donatus Priscianusue  
Seruius, Euticius, Pompeius, Comminianus.

CODEX PARISINVS 7560 saec. XI f. 10 (Keil GL IV praef. 18. (STEUP  
p. XXIV): p. 189)

.. sciat se Prisciani uel Donati, Probi uel Audacii, Velii  
Longi uel Romani, Flauiani uel Euticis, Victorini uel Focae,  
Asporii uel Pompei latus laniare.

PRISCIANVS GL III 13, 14 K: dicimus enim 'uel Probus uel Donatus, (189)  
et Priscianus et Theoctistus, et ego et ille, uel mei uel tui e. q. s.'

PRISCIANVS GL III 142, 27 K: .. dicimus enim 'scribit Probus uel (189)  
Seruius'.

### TESTIMONIA SCRIPTORVM

SVETONIVS de gram. 24 = *testim.* 2. 19. (95)

FRAGM. PARIS. DE NOTIS GL VII 534, 4 K: his solis 20. (48)  
in adnotationibus Ennii Lucilii et historicorum usi sunt Varro  
S. Ennius Aelius aequae et postremo Probus, qui illas in  
Virgilio et Horatio et Lucretio apposuit, ut Homero Aristarchus.  
2 varros hennius haelius aequae *cod.* Varro S. Ennius Aelius aequae *Frid.*  
*Marx Proleg. ad Lucil. p. CXXXI.*

534, 17: ✕ asteriscum Aristophanes apponebat illis 21. (48 sq.)  
locis quibus sensus deesset, Aristarchus autem ad eos qui in  
hoc puta loco positi erant, cum aliis scilicet non recte pone-  
rentur. item Probus et antiqui nostri.

535, 1: ✕ — asteriscus cum obelo propria nota 22. (48 sq.)  
est Aristarchi; utebantur ea in his uersibus qui non suo loco  
positi erant. item antiqui nostri et Probus.

535, 7: > diplen aperistikton . . . usus et in multis 23. (48 sq.)  
Aristarchus, nunc ea quae praeter consuetudinem tam uitae  
nostrae quam ipsius poetae apud eum inuenirentur adnotans,  
nunc proprias ipsius figuras, interdum ea in quibus copiosus  
est, rursus quae semel apud eum ponerentur. similiter in  
nostris auctoribus Probus.

GELLIVS IV 7: De epistula Valerii Probi grammatici ad 24. (132)  
Marcellum scripta super accentu nominum quorundam Poeni-  
corum.

GELLIVS XV 30, 4: Ego cum Probi multos admodum 25. (131)  
commentationum libros adquisierim, neque scriptum in his  
2 commentariorum *cod. Magliabech. m. 2.*